estote, in faciem ne[a] restitit apostolorum principi Petro, qui[b] reprehensibilis erat, eo[c] quod gentiles in quibusdam iudaizare cogeret; quod claviger ~~regni~~ . . . . caelorum adeo libenter suscepit, ut ei nullo modo ~~nullus homo~~ contradiceret[d], et insuper eum eiusque documenta in sua laudaret epistola

14. Ut excommunicatio, quae ad facinus committendum pertinet, non sit observanda.[a]

Inf. Quomodo parvipendens apostolicam excommunicationem, celebrare missarum sollempnia praesumpsisti? Def. Illa quidem excommunicatio, quae ad sacrilegium committendum pertinet, pro nihilo ducenda est et nullatenus observanda. Quippe sub huiuscemodi occasione cogis[c] me negare sacerdotium, quod ecce iam circiter viginti annos per totam Ausoniam Domini salvatoris regis ecclesiam[d], et tam pro vivis quam pro defunctis ecclesiastica officia, ut moris est, frequentare non cessat. Et quod est deterius, consentientes vobis iteram in eodem grade consecrare non formidatis. Itane est observanda excommunicatio?

15. De eo quod scriptum est: „sive iuste sive iniuste pastor obliget, gregi tenendum[a] est." Inf. Sive iuste, ut sanctus Gregorius ait, sive iniuste obliget pastor, gregi tenendum[a] est, ne per elationem tumide reprehensionis culpa, que non erat, fiat. Def. Si de nostris neglegentiis nostrisque offensionibus excommunicatio facta fuerit, omnino formidanda est et usque ad dignam satisfactionem vel indulgentiam penitus observanda. Caeterum vero in his, quae manifesta ratione Deo inimi~~citias~~[a] esse comprobantur, nullius excommunicatio tuenda est vel observanda. Verbi gratia, si me ad periurium, falsum testimonium, sacrilegium vel homicidium excommunicando impuleris, num quidnam in talibus vel eorum similibus

a) faciem te) 1. ~~ed~~ faciem re[illegible] 3. ~~resistitit~~
b) quia 3.
c) in eo 3.
d) cog. qui claves r. c. a. l. s. u. e. nullus homo c. 3.

a) observandum ~~est~~ 1.

c) cogitis 3.

d) e–a 1.

a) timendum ~~est~~ 1.3

a) inimicitias 1.